

Gustav Krklec:

DE CENTUM EPIGRAMMATIBUS SELECTA

De granis magnus fit acervus et alma placentia
Factaque de saxis regia magnifica est
Deque pilis multis fiet latissima cauda.
Atque epos e centum est en epigrammatibus.

Fabellas legit Aesopi non segniter agnus
Ac miratur eas esse bonas memorans;
Ast esse istic rem solum perdifficilem unam.
Emendare lupum quod minime nequeant.

Conqueritur leo grandaevus: „Heus vos, mea bruta,
Iam non sum validus, languida membra trahens!“
Atqui bruta statim tunc haec ad verba leonis
Festa hilare celebrant atque parant epulas.

In platea mulier comparet rustica quaedam,
Quae corbem magnam baiulat in capite.
Mas anas ex sporta dependent tristiter, esse
Iure ratus vitae perbreve, vae, spatium.

Regulus electus corvus quidam niger ales
Nostra non magna est in regione avium.
Hanc ad rem quidnam merula et luscinia dicunt?
Esse tacere aurum sic volucres referunt.

Contemplatur apum longaeior alvear ursus;
Usque morans reputat: „Nectareum mel erit!“
Ambiguus praetermisit tempus tamen aptum;
Fit demum memor is, quomodo apes feriant.

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.